

58. Habent tamen etiam ad accendendum Contritionis dolorem haud parum ponderis momentiq<sub>z</sub>, Pœnae & calamitates tam publicæ & externæ quam privatæ & interne: omnium vero maximè Meditatio acerbissime passionis & mortis unigeniti Filij DEI, si causam ejus non primam ac propriam, quæ est Redemptio generi humani: sed subordinatam, quæ est Peccatorum atrocitas, consideres.

59. Ceterum Contritionis officium versatur nondumtaxat circa agnitionem peccatorum externorum & graviorum: sed interioris magis immun-diciei, quæq<sub>z</sub> ex ea oriuntur delictorum omnium: qualia sunt dubitatio de DEO, securitas, admiratio sui, superbia, ira, odium, & qui sunt hujus generis affectus inordinati & vitiosi alijs.

60. Neque vero Contritio isthac meriti aliquius vim obtinet, cuius vel quantitate, vel qualitate fiat, ut Remissione peccatorum potiamur: Siquidem hoc uni ac soli merito Christi debetur.

61. Neque etiam Medium ea statui debet, quo gratia in Evangelio oblata apprehendendi queat. Hoc enim proprium Fidei munus esse, scriptura passim testatur.

62. Sed requiritur Contritio, ad veram Pœnitentiam, partim ut Obsequium, divinæ voluntati debitum, cui cum præfractis & concumacib<sub>z</sub> peccatoribus, nunquam convenit: partim ut sti-

mulus